



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Specvlvm Magnvm Episcoporum, Canonicorum,
Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam
Secularium quam Religiosorum**

Tympe, Matthäus

[Köln], 1614

197. Semper in virtutibus proficere velle.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51447](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51447)

bis, ait, sed factis & operibus res religionis nostra posita sunt.

Magna certe virtus requiritur in Clericis quorum officium est loqui sermones Dei, ut sermones Dei, pro dignitate dispensare mysteria Dei, consummare ac perficere sanctos & reddere omnem hominem non modo innocentem, sed etiam quoad fieri potest perfectum in Christo, & ipsum Christi corpus edificare. ^{Eph. 4. Eius qui ad alios ad virtutes volūt promouere sitienda est propria perfectio.} Christus erat docens tanquam potestatem habens, & quia Deus erat, & quia quod sermone prædicabat representabat factis, & prius cœpit facere quam docere, & libere obmurmurantibus Hebræis obiecit: *Quis ex vobis arguit me de peccato?* Sanctus Paulus dicebat se pugnare non quasi aerem verberaret, & imitatores mei estote, sicut & ego Christi.

Vtinam de omnibus Clericis dici posset quod Syracides de Onia Sacerdote capite 50. dicit: *Tanquam vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso (virtutum.)*

SIGNVM CXCVII.

*Semper in virtutibus proficere
velle.*

Sanctus Chryf. hom. 2. in Gen. Si Paulus ait qui ^{ps. 83. v. 8.} *Stor praeclaris operibus excelluit & quasi Angelus subit de per terram apparebat, quotidie studebat lucrifacere & virtute in pro veritate stare in acie contra pericula, & sibi colligere virtutem. Spirituales merces, & semper progredi, qualem habebimus*

Fff mus

Qui virtutem serit bonam famam merit.

mus nos defensionem qui non solum bonis omnibus operibus destituti sumus, sed & malis grauati, quorum vitium duntaxat in ipsum perditionis profundum detrudere nos sufficeret, nullumq; praterea studium est, vt vel hanc salutem emendemus?

Sigismundo Imp. Theodoricum Colon. Archiep. roganti quibus medijs felicitatem consequi possit, respondit Episcopus, frustra eam in hac vita quærere. Tum Imp. At illam alterius vite quomodo indipiscar? Si, inquit Episcopus, ita vixeris quomodo admodum calculi aut alterius morbi dolore vexatus, resturum te promittis.

SIGNVM CXCVIII.

Ex bonis presentis vite conijcere futura vite aeterna.

Aug. solilo. l. c. 21. & in Ps. 85. Sur. Tom. 2

Beatissimus Fulgentius Ruspensis Episcopus persecutionem Arianorum fugiens Romam cum peregrinaretur, visa Romani senatus & virtutis Romæ gloria, sic ad fratres peregrinationis sue comites, loquitur: *Quam speciosa potest esse Hierusalem celestis, si sic fulget Roma terrestris? Et in hoc seculo datur tanti honoris dignitas diligentibus veritatem, qualis honor & gloria prestabitur sanctis diligentibus veritatem?*

Tom. 1. P. 1068.

2. S. Porphyrius Gazæorum Episc. cum ex causa quadam Constant. existens Theodosij iunioris infantuli baptismum ingenti cum pompa & magnificentia celebratum cerneret, dicebat: *Quis*